



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Modestia Canisij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

rono cognita re, ad euntem ad se Franciscum Bor-
giam, qui Vicarius Societatem administrabat, be-
nignissimo complexu exceperit; impertiensque
benedictionē magnificē res à Canisio gestas Oc-
niponti commēdarit. Nec minor Cardinali fan-
cto Borromæo, & aliis approbatio, & gratulatio
fuerit, ac tota demūm Aula repleta suauissimo
odore sit, iucundissimoque sonitu Canisiani no-
minis. Is tamen vniuersa Romanorum sociorum
precibus tribuens, Agnosco inquit, beneficium *Modestini Canisij.*
singulare, quo me hoc loco publicis negotiis im-
peditum prosequi voluistis; simulque pro me, &
Cæsare Deum Optimum Maximum estis preca-
ti: atque vtinam quod mei muneris erat, & Ec-
clesiæ dignitas requirebat, ita præstitissem sedu-
lò, vt quidam istic fortè prædicant. Agimus ta-
men gratias Deo, qui moderata ex turbulentis
reddidit consilia. In causa tamen Calicis nihil
eorum, quæ oportebat, obtinuit. De qua re pau-
cis referam.

Fuit illa per id tempus artium Satanæ vetera-
toria in primis, ac miserè felix, vt per Septentrio-
nis Prouincias diuinissimi Eucharistiæ Calicis po-
pulo euulgandi excitaret immanem quandam,

vt

vt honestissimè dicam, impatientiam. Quo
speciem religiosior cupido videbatur, hoc facili
ùs simplex multitudo circumueniebatur: hoc in
citabatur effroenatus. Enim uerò id speculati
cus Hæretici (quin & ipsi fecerant) in id maximè
vnguem infigere, id vsq; acriùs exulcerare clam
palam, omni ope. Id porrò agebant, vt vel fem
mota loco Ecclesiæ autoritate, cetera sensim
præceps traherent, & assuetis ad contumaciam
ac seditiones populis, cum libitum foret, non
concirent turbas, vel satum ab se aduersum Apo
stolicam sedem odium in dies magis alerent, pa
pagarentque; vt segregati à vero Pastore, atq; c
stode greges lupis continuò præda fierent. Igitur
ita passim per eas Prouincias exarserat promiscua
um diuini calicis vsum extorquendi certamen
graues impendere motus opinio esset, si fortitò
obstiteretur: adeòque fractos, ac desperatos Ca
sar, & Bauarus Dux, & alij Principes gerebant an
mos, vt erigere eos, & ad studium tuendæ religio
nis confirmare, atque admonere perperosum
esset. Nam præter Theologos, qui palam, ac pa
gnaciter ad eam rem connitebantur, alij passim
defendebant eiusmodi statu rerum de rigido, a
summo

*Hæreticorum
frans in sacris
calicis vsum sul-
gando.*